

orationis — ut est. Nos patriam fugimus. ut tu tityre. Cesure uero uersuum
& rithmum lenirent solent perficere; necesse est — uel. u. t. d. in
u. i. r. n. r. t. p. i. u. e. n. s. s. h. t. b. r. p. n. q. m. i. d. — ut munera. e. d.
d. i. d. p. e. t. e. e. s. t. t. h. s. h. r. p. p. in. q. d. h. u. c. q. s. p. q. h. inter
ruptiones. Rithmon greci numerum dicunt. In rithmo numerus
sillabarum tantum obseruatur in metro — uersus dicitur quod de uno genere
in aliud uerti possit — Heroicum metrum. prima sillaba suppressa.
in anapesticum conuerti potest. ut Arma. Ille etiam prope uersus
dicitur qui conuerti potest. a principio ad finem. & rursus de prin
cipio ad finem — ut cornua uelatarum uertimus antemnarum; Nume
rus figurarum. secundum alterum modum. qui facilior esse dicitur
ita colligitur. Primum considerandum est in omni metro. quot pe
des recipiat in omni regione sua. ut per sequentem numerum pedum
quos singula loca recipiunt. precedens numerus multiplicetur;
verbi gratia. Dactilicum metrum. primo loco duos pedes recipit.
id est dactilum. & spondeum; Saecundo loco similiter duos. eosdem
uidelicet. dicendum ergo ita. bis bini. iiii. Tertio loco. duos recipit.
bis quaterni. viii. Quarto loco. duos. bis. viii. xvi. Quinto loco. duos.
bis sedecim. xxxii. Similiter de omnibus metris. Sciendum uero
propter rationem figurarum. quatuor esse pedes dissillabos. quia due
sillabae quatuor sillabarum sunt. Aut enim ambae sunt longe.
aut ambae breues. Aut prima breuis. & secunda longa. aut secunda
breuis & prima longa. quae utique iiii figurae sunt. Eadem ratio
est in trissillabis pedibus; & duplicibus leuiorem. faciliorem. explanatiorem.
ut facilius scandantur monasillabae. ut dat & suspensum. & inter
duas sillabas intersit. id est inter posita sit. & interueniat. inter
ruptiones distinctiones. diuisiones. partitiones. quia quodammodo
pars interrumpitur. & distinguitur a medio sui dum scanditur.

BIBLIOTHECA APOSTOLICA VATICANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_1754/0126